Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

de
tue lectionis instans. Per Dñm Johannis apli 163

Rium. Nolite mirari si odit vos mundus.
Nos scimus quoniam translati sumus de
morte ad vitam qui diligimus fres. Qui non
diligit manet in morte. Omnis qui odit
fratrem suum homicida est. Et scitis quia omnis
homicida non habet vitam eternam in se manentem
In hoc cognouimus caritatem dei quoniam ille
pro nobis animam suam posuit: et nos debe-
mus animas pro fratribus ponere. Qui habuerit
substantiam mundi et viderit fratrem suum ne-
cessitatem patientem et clauserit viscera sua ab eo
quomodo caritas dei manet in eo. Filioli mei
non diligamus verbo neq; lingua sed opere et
veritate. Ad dñm cum tribularer clamauj et exaudiuit
me. Domine libera animam meam a labijs iniquis et a lingua do
losa. Alleluia. Deus iudex iustus fortis et patiens numquid
irascitur per singulos dies. Secundum Lucam
In illo tpe. Dixit dñs ihs discipulis suis Pa-
rabolam hanc. Homo quidam fecit cenam: et voca
uit multos. Et misit seruum suum hora cenedi
cere inuitatis ut venirent: quia iam parata sunt
omnia. Et ceperunt simul omnes excusare. Pri
mus dixit illi. Villam emi et necesse hab eam exire et
videre illam. Rogo te habe me excusatum. Et
alter dixit. Iuga boum emi quinq; et eo probare
illa. Rogo te habe me excusatum. Et alius dix
Vxorem duxi: et ideo non possum venire. Et re
uersus seruus nunciauit hec domino suo. Tunc
iratus pfamilias dixit seruo suo. Exi cito

magna